UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XXXII. Schwedischer Gesandten Invitation an die Reichs-Stände auf den Congress zu kommen, mit Ubersendung der Käyserlichen und Schwedischen Passeports. Schreiben an Marggraff Christian zu ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1643. Sept.

ſi ad nos ſcriberent Collegæ veſtri, Regii Legati, fortaſſis multum facilitaretur negotium; ſin minus, quid attinet, intempeſtiva præcipitantia ludibrio exponere Regias Dignitates; Neque vero eſt, cur ulla in Excellentiam Veſtram propterea cudatur fama, quod Legatio Mediatrix maturius advenerit. Solenne eſt, ut Mediatores maturatione ſua, Partes ipſas ad maturandum invitent; id ergo agat pro zelo, ut cæteri quoque approperent, & nullam in Svecis moram experientur. Optime valeat, & amantem honorantemque ſe redamet. Mindæ $\frac{16}{26}$ Septembr. 1643.

Welches ſie wiederholen.

Den Innhalt dieſes Schreibens wiederhohlte die geſamte Schwediſche Geſandſchafft hernach ſub 28[ten] ej. als die Däniſchen Legati ſich bewegen lieſſen, unterm 24[ten] Septembr. an die Schweden nach Minden zu ſchreiben, und durch einen Cavallier ſolches Schreiben inſinuiren zu laſſen.

§. XXXI.

Käyſ. Geſandten doliren über derer Schweden Verzug.

Uber dieſes der Schweden Verfahren hat ſich der Käyſerliche Geſandte, Cranius bey dem Päbſtlichen Nuntio zu Cölln, folgender maſſen beſchwehret:

Des Legati Cranii Schreiben an den Päbſtl. Nuncium zu Cölln.

Sveci, Gallicanis imbuti doctrina ac artibus, menten ſuam diſertis nunc verbis declarârunt, quod Minda cedere, aut huc venire, non cogitent, priusquam de Legatorum Gallicorum, Venetorum, Electoralium, aliorumque Principum ac Statuum intereſſe habentium, propiore acceſſu fuerint edocti; adeo ergo parum apud ipſos valuit Præliminaris Hamburgenſis Concluſi obligatio, ut Gallorum ſuggeſtiones malint, quam in dicto contractu publice datam fidem ſequi. Quid itaque tandem ſpei de Congreſſu noſtro, ſi ne quidem pactis aut firmatis contractibus Galli aut Sveci attrahi poſſunt. Recidit ſane res in opinionem illorum, qui, ipſos ſine compulſu aut armorum vi non venturos, ſemper crediderunt. Tempus ergo exſpectandum, quo hæc evenient, & nos hic ſtationem habebimus ſexennali forte non abſimilem. Utinam vanus ſim augur! Hæc perſcribere lubuit, ac me benigno Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ favori recommendare. Oſnabrugi, d. 30. Septembr. Anno 1643.

Excitiren jedoch Chur- u. Fürſten des Reichs, den Congreſs baldigſt zu beſchicken.

Deme ungeachtet, haben die Käyſerl. Geſandten ſo wohl an verſchiedene Churfürſten, als an andere Stände des Reichs, bewegliche excitatoria abgehen laſſen, um die ihrigen ad Congreſſum, förderſamſt abzuſenden: Aus welchem allen, zu Tage liegt, daß Ihro Käyſerl. Majeſtät Sich eine Sache von Angelegenheit daraus gemachet haben, das Friedens-Negotium, ihres allerhöchſten Orts, zu befördern.

§. XXXII.

Schwediſcher Geſandten Invitation an die Reichs-Stände, auf den Congreſs zu kommen, mit Uberſendung derer Käyſerl. und Schwediſchen Poſſeports.

Weil nun die Urſache, weßwegen die Schwediſchen Legaten, nicht vollends nacher Oßnabrück kommen wollten, darinnen beſtund, daß ſie die Ankunfft derer Reichs-Stände vorhero erwarten wollten, ſo lieſſen dieſelben, aus Minden, an die mehriſten Reichs-Fürſten und Stände, nahmentlich H. **Friederich**, Pfaltz-Grafen zu Zweybrücken, H. **Wilhelm** und **Friederich Wilhelm** zu Sachſen, H. **Auguſtum**, Adminiſtratorum zu Magdeburg, M. **Chriſtian** zu Brandenburg, die drey Herren Hertzoge zu Braunſchweig-Lüneburg, H. **Eberhard** zu Würtenberg, **Friederich** Marg-Grafen zu Baaden, **Georgen**, Land-Grafen zu Heſſen, **Friederich** Grafen zu Hohenloh, **Johann** Grafen zu Naſſau-Saarbrücken, **Johann Caſimir**, Wild- und Rhein-Grafen, dann, an die Städte Nürnberg, Augſpurg, Straßburg, Regenſpurg, Ulm, Lübeck, Hamburg, Bremen, Worms, Rotenburg an der Tauber, Nördlingen, Weiſſenburg, Landau, Colmar, folgendes Invitations-Schreiben, dd. 14[ten] Nov. 1643. ab, und legten demſelben zugleich

1643. Sept. gleich, ſo wohl die Schwediſchen als Käyſerlichen Salvos Conductus, bey. Das Schreiben an Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach, lautete alſo: 1643. Sept.

Illuſtriſſime Princeps,

Domine obſervantiſſime.

An Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach.

Paucos ante Menſes notum fecimus Celſit. Veſtræ, diem dictum Tractatus Pacis: promiſſis Salvis Conductibus, ubi Legati plures conveniremus; Convenimus ad Albim ſub medium menſis Junii, animo ſtatim rectâ Oſnabrugam eundi. Verum, quia nemo omnium, quorum interfuit, ſimul accinctus videbatur; coacti fuimus & Nos, tam Salvorum Conductuum expeditionem, quam iter noſtrum, tantiſper ſuſpendere, dum de reliquorum intentione certiores redderemus. Nunc, cum fama ſecurior ferat, plures tum Cæſareos, tum exterorum Regum, Statuumque Legatos, partim in itinere, partim in procinctu eſſe, ad loca Conventui deſtinata; conſtituimus & Nos (poſtquam alter noſtrûm duos annos in Pomerania, alter ſeptem Hamburgi, uterque jam tredecim hebdomadas ad Viſurgim, hic in limine Weſtphaliæ, Congreſſum expectaveramus) Oſnabrugam movere, ne ulla in nobis protractæ Pacis culpa reperiatur. *Quia vero nulla ibi tractatio rite inchoari, nedum perfecte abſolvi poteſt, absque Votis & Suffragiis omnium Imperii Ordinum, quibus, cum Imperatore jus ac poteſtas competit de pace belloque ſtatuendi*, præcipue vero iis, quorum cauſam ut ſuam, toto hoc bello conſtanter egêre fœderati Reges & Principes; Idcirco hiſce mittimus Celſit. Vræ, quæ in eum finem â Cæſarea Mte obtinuimus, ſecuritatis Diplomata, una cum noſtris, obſequioſe rogantes, ut, quemadmodum pro heroica ſuâ prudentia facile conſiderare poteſt, quod omnes tangit, ab omnibus approbari debere; ita velit, non modo Ipſamet per ſuos comparere, ſed & cœteros Circuli Conſortes ad idem faciendum exhortari, ut omnes adſint, quo, DEO auxiliante, communi malo communibus votis, eo majori cum ſpe proſperi ſucceſſus remedia congrua adhibeantur. De S. Regia Mte Sveciæ id ſibi firmiter polliceri poſſunt univerſi Ordines Imperii, ſicut cum Fœderatis ſuis ſemper indicavit, ſeparatos Tractatus infidos & periculoſos, ipſisque authoribus tam publice quam privatim damnoſos: ita Eam omni ſtudio & conatu in id incubituram, non, ut ſeparatim aut fruſtulatim, ſed ſimul & univerſim, parique paſſu, interna Pax cum externa, juſta, decora, tuta, obtineatur. Etſi enim pluribus de cauſis in bellum pertracta eſt: ea tamen præcipua ſemper fuit & inchoati & continuati meta, imprimis, ut per iniquitatem temporum e legitimis fundamentis dimota, libertatis Imperii pulcherrima compages & harmonia, tum, huic innexa, ab aliquo autem tempore non parum quoque convulſa, Vicinorum propriique ſtatus ſecuritas, priſtinæ viciſſim integritatis firmitudini & conſtantiæ reſtituantur. Quod quidem cum proxime intimeque ipſos Imperii Ordines, conſequenter autem exteros concernat, eo zeloſius id ſecum promoturos confidit Sua Regia Majeſtas, quo dicti Ordines prudentius vident, *qualem præſens Tractatus exitum habuerit, talem ſe poſthac in Sacris, Profaniſque Rempulicam habituros.* Det DEUS, Pacis auctor, cunctis Pacem anhelantibus, veram Pacem! Cujus divinæ protectioni Celſit. Vram obſequioſe commendamus. Dab. Mindæ d. 14. Novembr. Anno 1643.

Celſit. Vræ.

ad officia obſequioſa
paratiſſimi
J. A. SALVIUS.

Schwediſcher Salvus Conductus.

Der beygefügte Schwediſche Salvus Conductus war dieſes Innhalts:

Der Königlichen Majeſtät und Dero Reiche Schweden ꝛc. reſpective Reichs-Cantzler und Geheimbde Rähte, Hoff-Cantzler und Gevollmächtigte Legaten zu den bevorſtehenden Friedens-Tractaten in Deutſchland,

Johann

1643. Sept.

Johann OXENSTIERNA AXELSOHN,
Freyherr zu Kynito, Herr zu Viholm, Hermigßholm und Tullegarn,
und
Johann Adler SALVIUS,
Erbgeſeſſen auf Adlersburg Offwerbey und Tullingen ꝛc.

Demnach in denen zu Hamburg geſchloſſenen und vollenzogenen Friedens-Præliminar-Tractaten enthalten, daß höchſtermeldter Jhro Königliche Majeſtät Confœderirte Stände und Adhærenten durch Deutſchland, oder deren Mandatarii, auf die nacher **Oßnabrück** und **Münſter** verlegte univerſal-Friedens-Handlung, frey, ſicher, und ungehindert ſich begeben, Dero Intereſſe und Angelegenheit ſelbſt, oder durch die Jhrigen negotiiren und ausführen, und hinwiederum ohnbeeinträchtiget, in Jhr Behalt reiſen mögen, und zu ſolchem Behuff von der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät für dieſelben ein general Salvus Conductus, deſſen vidimirte Copia dem Original gleich kräfftig ſeyn ſolle, ausgehändiget, Jhr Gn. und Excell. Excell. auch für nöthig angeſehen, Höchſt-Hoch und wohlgedachte Stände oder deren Abgeordneten mit gleichmäßigen Paſs und Sicherheiten zu verſehen; Als gelanget hiemit an alle und jede mehr Höchſtermeldter Jhro Königliche Majeſtät zu Schweden ꝛc. wie auch Dero Confœderirten Herren Generales, Hohe und Niedrige Kriegs-Officiers, Commendanten in Städten und Plätzen, wie auch gemeine Soldaten zu Roß und Fuß, Jhr Gn. und Excell. Excell. reſpective Erſuchen und Begehren, Erinnern und Befehlen, daß ſie die zu mehrgedachten Friedens-Tractaten Abgeordnete, nebſt dem bey ſich habenden Comitat, Dienern, Kutſchen, Waagen, Pferden und Sachen nach vorgenannten Oertern Oßnabrück und Münſter, nicht allein allenthalben frey, ſicher und ohngehindert paſſiren und repaſſiren laſſen, ſondern auch, auf bedörffenden und begehrenden Fall, mit nohtwendiger Convoy an die Hand gehen, und ſonſten alle Ehre, Reſpect und Courtoiſie erweiſen wollen und ſollen. Daran beſchiehet, was allerhöchſtermeldter Jhro Königliche Majeſtät zu Schweden ꝛc. Willen und Meynung gemäß, auch zu Beförderung des heilſamen Friedens-Wercks dienlich iſt. Signatum Minden den 14ten Novembr. Anno 1643.

JOH. OXENSTIERNA AXELSOHN. (L.S.) *J. A. SALVIUS.* (L.S.)

Der Käyſerliche nach denen Præliminarien eingerichtete Paß-Brieff, beſtund in dieſen formalien:

Käyſerlicher Salvus Conductus für die Schwediſche Adhærenten in Deutſchland.

FERDINANDUS Tertius divina favente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ, ac Superioris & Inferioris Sileſiæ, Wirtembergiæ & Thechæ, Princeps Sueviæ, Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviæ, ac Superioris ac Inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, portus Naonis & Salinarum &c. Univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut quomodolibet intereſſe poteſt, notum teſtatumque facimus, Nos ad inſtantiam Sereniſſimæ Principis Dominæ CHRISTINAE Svecorum, Gothorum, Vandalorumque deſignatæ Reginæ & Principis hæreditariæ, Magnæ Principis Finlandiæ, Ducis Eſthoniæ & Careliæ, Ingriæque Dominæ &c. Regnique Sveciæ, conſenſiſſe, prout & vigore harum conſentimus, ut omnes & ſinguli Suæ Serenitatis fœderati Status & Adhærentes per Germaniam, qui intereſſe, ac negotia ſua qualiacunque in futuro, inter Nos dictamque Reginam Tractatu Pacis peragere voluerint, ſecure Oſnabrugam, utpote locum univerſali Congreſſui deſtinatum, veniant, mittantve, ſecure ibidem ad finem Tractatus commorentur, & res ſuas peragant, & ſecure viciſſim ad ſuos quisque revertantur: ac ut ipſi quoque eorum Mandatarii una cum Comitatu, Miniſtris, Nunciis ac Tabellariis eo nomine ultro citroque mittentes, tam

 quoad

1643. Sept. quoad perſonas, quam res & bona, omnimoda hac ſecuritate & libertate inviolabiliter fruantur: Verbo Imperatorio Regioque promittentes, hoc Salvo Conductu Generali, ſingulos eorum æque tuto ac ſecure fruituros, ac ſi nominatim hic inſerti & expreſſi eſſent. Quæ quidem ſecuritas, ut eo commodius ad unumquemque perveniat, parem authoritatem tranſumptis hinc apographis, quæ autographo huic ipſi debetur, tribuimus, ex abundantia inſuper daturi Noſtris ad dictum Tractatum conſtitutis, aut conſtituendis Commiſſariis plenam poteſtatem, ut, ſi ita poſtulatum fuerit, nomine Noſtro ſingulis eorum ſingulos ejusmodi Salvos Conductus in optima formâ dent ac diſtribuant: In quorum fidem præſentes manu Noſtra ſubſcriptas, Sigillo Noſtro Imperatorio firmari juſſimus. Quæ dabantur in Civitate Noſtra Viennæ. Die vigeſima octava Menſis Januarii Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſecundo; Regnorum Noſtrorum, Romani ſexto, Hungarici decimo ſeptimo, Bohemici vero decimo quinto. 1643. Sept.

FERDINANDUS.
(L.S.)

Vt. Ferdinandus Comes Curtius.

Ad Mandatum Sacræ Cæſ. Majeſtatis proprium

Joann. Walderode.

Præſentem Copiam cum ſuo vero ſubſcripto & ſigillato Originali de verbo ad verbum concordare; Atteſtamur Nos Conſules & Senatus Civitatis Oſnabrugenſis hac Sigilli noſtri appoſitione, ut & Secretarii noſtri ſubſcriptione, Actum Oſnabrugæ die $\frac{13}{23}$ Menſis Novembris anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi tertii.

(L.S.) Johann von Eſſen,
Secretarius & Not. in fidem.

§. XXXIII.

Antwort-Schreiben einiger Reichs-Fürſten an die Schwediſchen Legatos.

Die auf ſolche Schwediſche Einladungs-Schreiben, erfolgte Antworten einiger Reichs-Fürſten, waren folgenden Innhalts: Und zwar von Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach:

Von Marg-Graff Chriſtian zu Brandenburg-Culmbach.

Vir Illuſtris, nec non Nobilis, amici Nobis perquam dilecti.

Literas Veſtras Mindæ die XIV. præteriti Novembr. ad Nos datas, indices commorationis & propoſiti Veſtri, munitasque Imperatoriis & Veſtris Salvis Conductibus d. XIV. hujus Menſis recte accepimus, mentemque Veſtram de Pacis tractatione deinceps rite inchoanda, perfecteque abſolvenda intelleximus. Quod verum omnium primum eſt, à Deo largitore unico omnis boni, precamur, ut ab hoc ſaluberrimo negotio faceſſant omnes moræ & impedimenta: Conſilia vero ab aliquot jam annis concepta & jam adulta, tandem maturescant ad percipiendos exoptatiſſimos Pacis fructus, quibus recreari & refocillari poſſint omnes, quos Bellonæ furor & inclementia ſuperſtites reliquit, & tantum non exanimavit. Nos quod noſtrarum erit partium, vel erga Status Circuli hujus Franconici, vel in promovendo omni eo, quod ad Pacis & concordiæ reſtaurationem confirmationemque inſervire poterit, nihil reliquum in nobis eſſe, vel deſiderari, patiemur. Quæ antehac obſervantia Imperii circa admiſſionem Statuum ad ejuscemodi Tractatus fuerit, ob oculos eſt, & in notitia verſatur plerorumque, Receſſus etiam Imperiales loquuntur. Minimeque putamus, aliter